

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

Articulus III De Regimine sui erga proprium Famulitium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

Ex quo cuncta filiis aut filiabus disti, credent, quod nihil tibi amplius debeant, & quando tuæ manus em vacuæ, tua facies ipsis erit insupportabilis & odiosa. Per nullas preces & nullam remonstrationem muta hanc tuæ resolutionem, quia melius est, ut proles dependeant à tua munificentia quam tu dependeas ab eorum gratitudine, aut ab illorum justitia. Fac ut semper tuâ operâ indigeant, & exinde aliquid sperent, sed nunquam illis indigas, si vis ut te ament: Monstra illis vita manus tuas, sed eas firmas retine & nihil nisi per mortem illis relinque.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*De Regimine sui erga proprium famulitium.*

### REGULA PRIMA.

*Iugum & lorum curvant collumorum, & servum inclinant operationes assiduae. Eccl. 33.*

PARA

## PARAPHRASIS.

Iugum grave deprimit collum durum & erectum, & labor assiduus reddit servum humilem, & ipsi dat inclinacionem ad illud ad quod obligatur.

Non relinque servum tuum sine operatione, quia otium est magister malitiae. Illud hanc docet in domibus, & omnes in malitia doctos reddit, qui tempus in hac studendi sibi sumunt, & qui occupationibus vacant.

Si servo labore imponis, habebis quietem, si relaxas, erit tibi oneri: Si nihil operatur, cogitat malum; & quo magis est liber, eo plus ad libertatem & insolentiam inclinatum habebis animum.

## REFLEXIO.

**N**Ullum servum pro tuo servitio accipias, si non tota die ei occupationem dare potes. Unus horæ quadrans otiosus junctus alteri quadranti, brevi servo, qui sic nihil laborat, dabit integrum voluntatem nihil operandi, & tibi demonstrandi, quod Dominus qui pigrum nutrit famulum, parum absit à

202 *Confilia Sapientiae,*  
nutriendo suum proditorem & ini-  
cum.

## REGULA SECUNDA

*Panis & disciplina & opus ser-*  
*Eccl. 33.*

### PARAPHRASIS.

*Tribus rebus servus tuus carere no-*  
*bet, nempe pane, labore, & corre-*  
*ctione aut disciplina.*

### REFLEXIO.

**I**ndigit servus pane , quia ipsi de jo-  
competit : labore, quia est ipsius ca-  
ditio ; correctione aut disciplina , q-  
tua interest ut corrigatur, aut repre-  
datur.

Sine reprehensione non corrige-  
errores : sine labore committet al-  
& adhuc majores : sine pane verò  
abit se posse errores committere ,  
quod omnia furta & latrocinia ipsi  
per missa.

Unico verbo , dum per tuam ini-  
tentiam domi tuæ desunt seria  
rectiones ; Dum per tuam negligenc-  
ia absunt occupationes , & dum prop-

tuam avaritiam non bene solvitur nec  
nutrimenta dantur; Accipe pro impiis,  
pro impudicibus, & pro furibus & la-  
tronibus eos, qui ibidem permanere  
contentisunt.

## REGULA TERTIA.

*Sin non obaudierit, curva illum com-  
pedibus, verum sine judicio fa-  
cias nihil. Eccl. 33.*

## PARAPHRASIS.

*Si non vult obedire, punias eum, sed nihil  
age ex passione & sine judicio. Tua  
exasperationes & clamores cholericæ  
illum non corrigunt, sed te ipsum per-  
vertunt, & te magis quam eum consti-  
tuunt culpabilem.*

## REFLEXIO.

**A** Tempore quo eum cognoscis in-  
corrigibilem, dimitte illum, & cre-  
de, quod ère tua magis sit, uno men-  
se citius illo carere, quam totum men-  
sem impendere in cholera, & continuo  
errores impatientiae & iræ committere;  
sed si judicas quod possit corrigi, & suf-  
ficientes rationes habes, ex quibus spe-

rare possis emendationem pro tuo se-  
vitio, distingue errores pigritiae & mala  
voluntatis aut malitiæ ab erroribus ejus  
ignorantiae, & in his quoad potes, cu-  
judicio & justitia procede.

Excellens remedium domi tuz  
spectum & timorem conservandi po-  
tuo famulitio, est ut serio rem agas con-  
domesticis, & cum iis pauca verba con-  
feras. Scias omnia quæ faciunt, sed ce-  
illis quid tu cogites, & quid sis factum.  
Tantum respectus erga te habebis  
quantum moderationis tu erga eos ha-  
bebis. Adorabantur olim Idola, qui  
erant statuæ hominum, quæ oculos ha-  
bebant apertos, nihil tamen loqueba-  
tur.

Dominus qui videt omnia quæ do-  
mi suæ fiunt, & nihil loquitur, conser-  
vat ibidem respectum sui; quasi figura  
ram Dei timent eum, quamvis nemini  
minetur, & solus timor, ne loquatur,  
continet unumquemque in ordine  
obligatione.

REGU-

## REGULA QUARTA.

Sicut tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta. Eccl. 33.

## PARAPHRASIS.

Si habes servum fidelem, accuratum & humilem, sit tibi tam charus quam tua propria vita; Tracta eum ut fratrem, aut tuum amicum. Recordare quod non solummodo nihil rarius sit in orbe, & quod omni pretio dignus sit, sed quod etiam Sapientia aeterna, quae de servitute & libertate hominum disponit ipsum tuis manibus consignaverit tanquam donum sua providentia & amoris.

## REFLEXIO.

Non time familiaritatem servi prudenter, qui cum affectu servit, invigila solummodo, ne assuescat divinare sed interrogare, quae tuæ sint, intentiones & voluntates in qualibet occasione.

Impone ipsi omne pondus tuarum inquietudinum, & œconomiae. Quod si tamen hoc feliciter peragere voles,

I 7 opor-

206      *Consilia Sapientiae*,  
oportet, ut ipse met laborem sumas pe-  
scrutandi & dignoscendi quæ domini  
peraguntur.

Considera id quod facit, non ut  
riorem reddas ejus fidelitatem, sed  
impedias, ne obliviscatur suæ condi-  
onis, si ipsum hujus suæ conditionis  
commonefacis, absque omni dubio  
ejus obliviscetur, & res cò pervenient  
& in talem statum, ut necesse sit ab  
dependere. Facillime ex bono se-  
malus efficitur Dominus.

Et quamvis deberet prudenter in  
domo mandata tua exequi, & tuā regi  
œconomiam cum bono successu, est  
bi tamen dedecus domi tuæ obedi-  
Amplius non perdes quam tuam auth-  
ritatem. Certè leges & politicam  
intelligis, si vis recompensare longa  
vitia tui Camerarii ipsimet serviendo  
& vicissim eum timendo.

Consigna ipsius manibus tua bonis  
negotia cum sit prudens, sed scias, quod  
non oporteat communicare tam  
tentiam, sicut pater filio vitam largiri  
sed sicut sol communicat lumen, quod

universo largitur orbi , sic retine personam tibi obligatam in una perpetua dependentia.

Servus cui omnia confiduntur , nulla tamen sumitur notitia eorum quæ agit , erit brevi latro , fur , aut Dominus ipsius domus .

## REGULA QUINTA.

*Nel adas servum in veritate operantem , & dancem animam suam.*

Eccles. 7.

## PARAPHRASIS.

*Non contrista servum qui ea facit quæ potest , & qui omnes vires & sanitatem impendit , ut tibi serviat.*

*Indignus es vita , si perversa tua phantasie finunt pati eos qui te amant , & qui pro te solo vivunt.*

## REFLEXIO.

**T**am benè operare , ut sit contentus , qui ingreditur domum tuam ad tibi serviendum , ut sit fidelis & felix , qui ibi moratur , & ut sit dives , si est possibile , dum domo tua egreditur .

Inde

Inde concipies honorem; quiaq[ue] litas magnorum hominum est, eos magna[re]s efficere, qui fideliter & cum ambe[re] inserviunt. Non fac sicut quidam ciunt, qui sunt faciles & boni erga[re] vos, dummodo paupertate & misericordia contenti vivant.

Aliunde non neglige quod tua intere[re]st & ita dispone, ut lucrum quod aper[te] faciunt, non ex alia parte, quam ex liberalitate aut tua prudentia proveniat & ut eorum thesaurus non crescat per tuam ruinam. Quia dedecus est vide[re] quod quotidiè videmus, divites famulus & pauperes Dominos.

### REGULA SEXTA.

*Noli laborare, ut diteris; sed p[ro]videntiæ tue p[ro]pone modum.* Prov. 13

### PARAPHRASIS.

*Non obruias te laboribus, nec perdas am sanitatem, ut tibi divitias accumules.*

*Timor & prudentia, qua ribi dant a[re]sam pravidendi futura necessaria.*

vera stultitia consistunt, nisi mod-  
erentur in tantum pro conservatione  
innocentia & tranquillitatistue ani-  
ma, quantum operantur pro augmen-  
to tuorum reddituum.

## REFLEXIO.

**H**odie plenus es inquietudinum, &  
multum laboras, quomodo divi-  
tias acquirere, & aliquot annis requies-  
cere valeas; Operare consuliūs, quiete  
modo, & differ nunc inquietudines, &  
quas tibi ipsi imponis molestias.

Unaquaque die tantum occuperis,  
& sollicitus sis, quantum oportet, ut eā  
die feliciter & tranquillè vivere possis.

Relinque ambitionem multas con-  
quirendi divitias, & experientiā aliorum  
disce, quod hoc ipsum sit, multas sibi  
congregare molestias. Nimis multum  
pecuniae in cistis, & nimis multum ali-  
menti in stomacho, sunt æqualiter duæ  
periculose incommoditates.

Quies & delectatio non crescunt nec  
cumulantur sicut divitiae; Si sufficien-  
tes aut saltem sat commodas possides di-  
vitias, & delectatio usque ad extremum  
per-

210 *Consilia Sapientiae*,  
pervenit terminum ; Potes quidem  
ri ditior, sed non magis contentus &  
potens.

Quando eris magnus Dominus,  
circumdatuſ multitudine ſervientia  
erit præminentia tua ante alios medi  
cris fortunæ homines , in hoc quod p  
ribus impedimentis & importunitatibus  
circumdatuſ ſis, quod plura inutilia no  
bilia habeas, plus vanitatum & ſtubio  
rum in vestibus, plures homines ad mo  
fam, plures rumores in domo, & plu  
turbationes in capite.

Cum omnibus cumulis & milles  
bus divitiarum non vales emere ali  
corpus , & quam diu tantum unum la  
bes corpus , non indiges duabus dom  
bus, aut tribus mensis , & adhuc min  
quadragesinta manibus pro tuo ſervitu.

Hæc multitudine laborum & inqui  
dinum eſt pro aliis , quos domi tua  
tris ; & in veritate dicere poſſumus  
quod hi qui maximè laborant eſſe di  
tes minimè pro ſe ipeſis laborent.